

listā: ex urbe Alexandria: ubi octingentis aut fere annis iacuerat: a Venetis
mercatoribus sublatum & Venetias esse translatum: Quare non alienum
a proposito nostro arbitratus neq; præter rem si ad ea quæ hæcenus expo-
sui hoc etiam adiunxero quo pacto res ea gesta fuerit commemorare consti-
tui ut is ad urbem nouam: uel muniendam: uel ornandam quasi conditor:
sane protector nobilissimus accesserit. Cuius munitione & patrocinio inui-
cta tandem & inexpugnabilis redderetur. Siquidem decem aut paulo plu-
res intercessere anni inter absolutam Venetiam: & translatum ex Alexādia
euangelistam. Quod agendum illa etiam res me non mediocriter cōmoue-
bat: Qui isse in obliuionem mihi sanctus uidebatur. Vt pleriq; de nostris
etiam (qđ nefas dictu existimabam) dubitarent: an corpus illud sanctissi-
mum: nunc etiam ī templo sibi dicato situm perseveraret. Eam rem ex me-
moriam pene omnium excidisse: nō potui non egre ferre. Qui & huic sancto
subtractus honor: Et ipsi ciuitati de præterito patrono haud mediocris illa-
ta uideretur iniuria: Tam ob illius singulares diuinasq; uirtutes: q̄ ob ingē-
tia erga Venetum nomē merita: præsertim quum ea quæ ab illo sancto acta
fuerunt: parcius ab aliis sint descripta: q̄ (nisi fallor) ipsius dignitas & excel-
lētia deposcat: ut nō nisi pauca quedā ī seriē digesta repiātur. Qđ aliis quo-
q; fere oībus eorū tporum sanctis accidisse uidemus. Vt pauca sint de eorū
uita moribusq; tradicta. Sūmū illis sæculis decus fuit: & unicus ppe hono-
ris cultus palma martyrii. In eo oīs laus: oīs erat gloria cōstituta: Itaq; dem
ut neminē sacri illorū tporum Canones sancti titulo dignū: præterq; marty-
res existimarēt. Eū qui assequēbātur satis amplā relinquebāt uirtutis sue me-
moriam. Aliqua igitur aliunde colligere non piguit quæ digniora uisa sunt.
Fuit. n. hic sanctus multis diuinis exornatus donis. Euangelio: prædicatio-
ne: disciplina: Martyrio. Illuxit inter priscos illos uiros Apostolicos: uelu-
ti præcipuū splendidissimūq; sidus. Vitā igitur: primū trāslationē deinde ex
Alexandria in hāc urbē describemus. Videbimus deinde: an de loco ubi ge-
scat sit dubitādum. Fuit Marcus Israeliticus genere tribu leuitica. Sacerdo-
tiū nō minus uirtute: q̄ genere pmeruit. Destinauit eū dominus ad fortio-
rē excellētiorēq; militiā. Celestē sæpius illius doctrinā audiuit. Plurima illi
us opa admirāda uidit. Primitiasq; christiāe fidei corde penitus imbibit ex
diuino illius ore altius haustas post ascēsum aut in celū ad petrū sese cōtu-
lit summū apostolorū ducē. Nomē sub eo p̄cipe dedit. Atq; ab eo baptis-
matis caracterē accepit. Totū se illi tradidit. Factus illius comes indiuidu-
us. Nūq; deiceps deseruit illius latus. Vt Petrus damianus Romāe ecclesie
cardinalis quū de discipuli erga præceptorē amore loq̄retur: Ita scriptū reli-
querit. Ea fide Marcus & dilectiōe magistrū psequutus ē: ut unū cor: una
in duobus aīa corpibus habitasse uideretur. Amoris testimonium Petrus
prima reddit epistola: in qua his uerbis utitur. Salutat uos: ea quæ in